



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ferdinandus Sylua Cifont. n. 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

rentiam luculento scripto comprehensam Regi transmisit. Quas ubi literas accepit Rex Catholicus, ex eisque didicit, quanto sue Maiestatis honore, quanta Ducum, militumque gratia, & quod caput, animorum vilitate adhuc in castris versata esset Societas, quantis se confecisset laboribus, quod periculis obiecisset sola salutis aliena causa predictam Castrensem Missionem perpetuam esse voluit, &c. Sic Ibid. lib. 6. fol. 810.

13. AB ALBERTO Comite Palatino utriusque Bauaria Duce nominatissimo, ac serenissimo, nec minora, imo illustriora in Sociorum laudem scribente, qua ille anno 1560. Scriptis ad Lainium Generalem literis consignavit in hac verba. Quis homo verè Christianus non gaudeat ex animo, videns per excellentem filiorum Paternitatis Vestrae doctrinam, vitamque laudabilem, Hæreticorum vires debilitatas, & pertinaciam confusam ac pudefactam? de quo merito, tibi tanquam eiusmodi filiorum Patri, congratulamur, quorum operâ vnicè speramus hæreses tandem extinctum, & Catholicam Religionem restitutum iri. *Annuat Deus tanti Principis atque adeo totius Ecclesie voto tam pio. Hæc Ibid. lib. 5. cap. 7. fol. 647.*

Sociorum doctrinâ, & vitâ hæreticorum vires debilitata.

Hæreses restringenda, & religio Catholica restituenda.

14. AB OROPESANO Comite asserente, Pluris se facere Collegij nostri Oropesani patrociniū (est enim illius Patronus) quàm ditionem totam à Maioribus acceptam. *Quæ maior de Societate existimatio à tanto Principe posset emanare. Sic in Annal. Soc. ann. 1605. fol. 220.*

Societatis Collegium sua ditioni præponebat Oropesanus Comes.

15. AB HERMANO Comite totius Geldria Gubernatore aliquando Archiduci Alberto, ingenuè fatente, Se Collegium vnum Societatis in Geldria arcibus à milite, omniq; apparatu bellico instructissimis anteferre. *Ita in Annal. Soc. ann. 1610. fol. 297.*

Et instructissima arci Hermanus.

16. A FERDINANDO SILVA Comite Cifontano, magno apud Carolum V. loco, à quo & filiarum custos, quas Infantes appellant, & totius illius Curie quasi Magister est factus, de Patribus nostris talem, ac tantam opinionem hauserat, ut cum eos adiret, illud ferè haberet in ore, Conferamus nos ad Clericos sanctos. *Sic ille Par. 1. Hist. Soc. lib. 5. n. 66.*

Socij antonomastice Clerici Sancti.